e-codices

Regulus qui grece dicitur. ΒΑCΙΛΙΚΟC. quem nos de aula
regia rectius interpretari possumus palatinum. Non solum
filii sed universe domus suae repperit sanitatem. quod autem
iuxta hebraicum dicitur. quaesierunt me qui ante non
interrogabant. ad eundem sensum refertur ut prius domini
noticiam non habentes. postea querant dominum. et eum
revelatione cognoscant. Quod et paulo dum ecclesiam credentium
persequitur revelatum est. et apostolo petro ait. Beatus es si-
mon bar iona quia caro et sanguis non revelavit tibi sed
pater meus qui est in caelis. Hunc querebat et moyses loquendo
si inveni gratiam apud te. Ostende mihi manifeste ut videam
te. Maiores divitias thesauris egypti christi obprobrium
praestolandum retributionem desiderat futurorum. Et
invisibilem deum quasi videret contemplabatur. De quo et
in psalmis legitur. Spes omnium finium terrae. et in mari longe.
Et in genesi ipse erit exspectatio gentium. quodque sequitur.
dixi ecce ego sum. ad gentem. quae non invocant nomen meum
illi sensui convenit. qui est misit me ad vos. Qui cum in forma
dei esset non rapinam arbitratus aequalem se esse deo et cetera.
sed totius mihi provocans gentes unam fecit sui nominis

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 111, p. p.%20259 – Copy of Jerome's commentary on chapters 14-18 of the Book of Isaiah (http://www.e-codices.ch/en/csg/0111/p.%20259)